e-codices

Nam si prodantur sibi suis scientia minentur desideratis, non à potentia videbitur eam, aut tyrannorum immanitate exagitatam esse et abstructam fuisse, sed à Deo mortalibus concessam. Si defensores suis artis requirantur et patronos, audiuntur tales fuisse summos Imperatores, qui cum delecti essent, ut ad gubernacula sederent, sic potissimum curabant, ut hoc Diuinum Studium quam diligentissime colerentur. Si cultores denique suis artis inspicienda sint potati atque amplificatores, accipite pandectas sacrae illas, magno iudicio proditas, rerumque multarum intelligentia excultas uiros, qui hac arte multum operae atque studii consumendum esse censuerunt. Merito igitur nobilissima et intelligitur ab omnibus et dicitur medicina, cum tanta habeat cum diuinitate coniunctione. Merito Deorum immortalium donum appellatur, cum ad propulsandos omnis generis morbos, ad sanitatem reducendos tantum valeat. Merito medicina curae principibus fuit, cum profuit hoc rebus publicis, urbes, ciuitates, colonias incolumes conseruet. Quapropter quid aut eorum iudicium reformidem, qui ut oculi stupore sensus in cibum sapore fallunter, sic mentis stupiditate non recte possunt de rerum ueritate iudicare? aut eorum quid metuam orationem

License: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 202r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/fr/zbz/D0147/202r)